

Dompropst Jakob (Lotter), Domdekan Konrad (Judenfraß) und das Domkapitel zu Brixen an den Salzburger Eb. Sigismund (von Volkersdorf). Gerüchten zufolge solle der Papst das Interdikt über Brixen verhängt haben, was sie jedoch nicht glauben und zu dessen Beachtung sie sich nicht veranlasst sehen. Man habe vorsichtshalber eine Appellation verfasst, die man dem Erzbischof nun zusammen mit einer Erklärung der Umstände übersende. Der Erzbischof solle beim Papst für sie intervenieren. Sie beglaubigen ihre Gesandten Stefan Stainhorn und Georg Golser.¹⁾

Kopie (gleichzeitig): BOZEN, StA, Cod. 3 (Acta Concordiae) p. 70f. (= A); ebd., Codex Handlung (ehemals INNSBRUCK, TLA, Cod. 5911) f. 160^v-162^v (= H²); (J. Resch, 18. Jh.): INNSBRUCK, TLA, Cod. 2434 (nicht paginiert). Regest: Jäger, Regesten I Nr. 355.

Unser Text folgt der Abschrift A.

Jacobus prepositus, Conradus decanus et capitulum Brixinensis ecclesie rev^{mo} in Christo patri et domino domino Sigismundo sancte Saltzburgensis ecclesie archiepiscopo, apostolice sedis legato, domino nostro gracioso. Rev^{me} et graciosissime pater et domine. Cum humilima recommendacione obedienciam et reverentiam debitas et devotas. Audivimus plurimorum relacione in civitate Brixinensi interdictum positum fuisse per s^m d. nostrum Pium papam.³⁾ Et quamvis id nobis ad credendum 5 plurimum absonum videbatur, quia nec vocati nec auditi unquam fuimus, tamen quia cause moventes dictum s^m d. nostrum nobis fuerunt dicte, propter quas interdictum positum esse debuit, dubitamus satis, si aliquid esset contra nos attemptatum, attendentes itaque causas easdem veras non esse, volentes ecclesie, nobis et clero nobis subiecto providere ad cautelam, ad remedium provocacionis, appellacionis, ymo verius supplicacionis recurrimus⁴⁾, prout in copia supplicacionis huius, quam hiis litteris inclusimus, 10 continetur.⁵⁾ Et ita a divinis non cessavimus freti spe, quod non sit de mente s. d. n., ut observemus interdictum positum propter causas sue s^{ti} suggestas et non veras et de cuius positione etiam certificati non sumus nec unquam bullas seu litteras vidimus, sed rumore quodam incerto ad nos delatum existit.⁶⁾ Alias diu curassemus s^{tem} suam informare et causas explicare, cur ad observanciam huiusmodi pronunc 15 non teneremur.⁷⁾ Attamen non videamur seu ab aliquo estimemur censurarum contemptores, et ne indignacionem dicti s^{mi} d. nostri incurramus, desiderium nostrum est, ut s^{tas} sua, que ea, que facta sunt, ignorare potest, instructa reddatur et veridice informetur. Idcirco informaciones s^{ti} sue desuper faciendas sub quodam compendio conscripsimus et similiter hiis scriptis inclusimus⁸⁾, et nullum apciorem modum comperimus eadem ad conspectum s^{tis} et maiestatis sue deducendi quam per medium vestre rev^{me} p^{tis} tamquam nostri metropolitani graciosi, per cuius preces et intercessionem gratiam reportare speramus. 20

Rogamus itaque et obsecramus cum humilima, qua valemus, instancia ut v. p^{tas} rev^{ma} s^{mo} domino nostro easdem supplicacionis et eciam informacionis copias hic insertas transmittere et pro nobis scribere supplicatorias in meliori forma litteras velit et dignetur graciose ad effectum, ut s^{tas} sua attendere temporum condicionem et nos relevare ab huiusmodi interdicti positione ac observantia velit. Verum, si 25 alique exorbitantie in hac nostra informacione ac eciam supplicacione p^{ti} vestre viderentur descripte, petimus simili instancia, ut p^{tas} vestra rev^{ma} nobis modum dare velit magis aptum, per quem istum effectum ad apostolicam sedem ducamus, aut, si non videbitur p^{ti} vestre expediens esse, consulere nobis dignetur graciose, quid agendum. Eciam venerabili confratri nostro domino Stephano Stainhorn⁹⁾ presencium exhibitori, quem ob premissa ad vestram p^{tem} transmittimus, aliqua commisimus referenda et petenda a vestra rev^{ma} p., super quibus eciam venerabilem confratrem nostrum magistrum Georgium 30 Golser¹⁰⁾ instructum reddidimus. Eisdem et cuilibet eorum uti nobis fidem adhibere plenarie hac vice creditivam et eisdem responsum graciose exhibere v. r^{ma} p. dignetur, quam altissimus feliciter conservare et dirigere velit. Datum Brixine ipsa die Othmari, que est xvi novembris anno etc. lx^{mo}.

10 huius: huiusmodi H. 11 mente: folgt ü.d.Z. dicti H. 16 facta: facti H.

¹⁾ Die beiden Gesandten brachen kurz danach auf. Sie machten am 18. November 1460 Zwischenstation in Innsbruck, wo Stefan Stainhorn der Herzogin Eleonore von Österreich Bericht erstattete (als er yecz eylend gen Salczburg ist geritten). Sie erfubr so von einer für Sonntag, den 23. November 1460, in Brixen anberaumten Versammlung der Hoch-

stiftsuntertanen, zu der sie ihrerseits Balthasar von Welsberg und Oswald von Säben schickte. S. das Schreiben der Herzogin; Or.: NÜRNBERG, GNM, Wolkenstein-Archiv, Fasz. 20 (1460 November 18, Innsbruck; gedruckt bei: Baum, Wolkensteiner 155f. Nr. XII, mit falscher Signatur) sowie eine beiliegende Cedula; ebd. (nicht bei Baum erwähnt; dort das oben angeführte Zitat). Vgl. auch die in der Raitung des Oswald von Wolkenstein verzeichneten Botenlöhne für die Weiterleitung des soeben zitierten Briefes zu Balthasar von Welsberg sowie für die Übersendung des Abschiedes dieser Versammlung nach Innsbruck; NÜRNBERG, GNM, Wolkenstein-Archiv, Fasz. 577 p. 5: Item mer, als ich meiner frawen gnaden geschriben hab den abschyd und die pesliessung auf dem tag, so das kapittel und die gotzhauslewt auf dem suntag vor sant Kattrein tag zu Prixenn peslossen haben. *Die Brixner Versammlung wird auch erwähnt in der Brunecker Amtsraitung des Georg Purenpeck*; BRIXEN, DA, HA 5762 f. 10^v.

²⁾ *Eingeleitet durch*: Item ex post capitulum a d. Sigismundum archiepiscopum Salczburgensem d. Stephanum Stainhorn canonicum ad petendum a paternitate sua tamquam a metropolitano, ut curam animarum dignaretur et quod constitueret aliquem, qui iurisdictionalia similiter exerceret. Id in virtute credentie fuit per d. Stephanum petitum unacum magistro Georgio Golser eciam canonico, qui tunc eciam fuit in Salczpurga, cum illac d. Stephanus missus fuerat. Et presentaverunt eciam eo tunc unasimul litteram capituli unacum informacionibus ad papam mittendis et copiam appellacionis, quarum tenores secuntur.

³⁾ *Nämlich bereits durch die Bulle Nr. 6293 (1460 August 15).*

⁴⁾ *S.o. Nr. 6273 (1460 August 2) und in erweiterter Form Nr. 6361 (1460 September 21).*

⁵⁾ *Die Gesandten überbrachten dem Salzburger Erzbischof eine modifizierte Kopie der Appellation vom 21. September 1460; s.o. Nr. 6361 mit Anm. 2.*

⁶⁾ *Dass diese Behauptung stimmt, ist extrem unwahrscheinlich, weil NvK dem Kapitel mehrmals die entsprechenden Bullen zusenden ließ, zuletzt am 11. Oktober 1460; s.o. Nr. 6369.*

⁷⁾ *S.o. Nr. 6274.*

⁸⁾ *S. die folgende Nr. 6392.*

⁹⁾ *Stephan Stainhorn, Brixner Domkustos. Durch seine Mitwirkung an der herzoglichen Appellation vom 9. September 1460 war er in den Bann gefallen; s.o. Nr. 6382 Z. 37.*

¹⁰⁾ *Georg Golser, Brixner Domherr.*